



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

Concilium Romanum III. Qvod Sanctvs Papa Silvester Celebravit
(Praesente Constantino Avgvsto) in vrbe Roma, intra thermas Domitianas,
cum 275. episcopis, qui in ipsa Synodo conuenerant, vocati a ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

490 SILVESTER P.I. CONCILIVM CONSTANTINVS IMP.

CONCILIVM ROMANVM III.

QVOD SANCTVS PAPA SILVESTER
CELEBRAVIT

^b(PRÆSENTE CONSTANTINO AVGVSTO)
in urbe Roma, intra thermas Domitianas, cum 275.
episcopis, qui in ipsa Synodo conuenerant, vocati
a beato Silvestro.

SILVESTER episcopus sanctæ & apostolicæ sedis urbis Romæ dixit: Quidquid in Nicæa Bithyniæ constitutum est, ad robur sanctæ matris ecclesiæ catholicæ & apostolicæ, a sanctis sacerdotibus trecentis decem & octo, ^cnostro ore conformiter confirmamus. Omnes qui ausi fuerint dissoluere definitionem sancti & magni Concilii, quod apud Nicæam congregatum est ^dsub præsentia piissimi & venerandi principis Constantini Augusti, anathematizamus. Et dixerunt omnes: Placet.

DE PASCHÆ SOLENNITATE.

OMNIBVS episcopis & presbyteris præceptum est, Paschæ obseruantiam custodire a luna 14. vsque ad 21. ita vt Dominicus dies coruscet. Et dixerunt episcopi: Placet. Rursus Silvester episcopus dixit: Robustius duximus consilium, (si placet,) vt omnis episcopus qui conuenit ad Concilium, fidem suam chirographo confirmet, vt deinceps rediens ad parochiam suam, compaginem nostræ salutationis plebi suæ innotescat, vt fide Concilii declarata, intemeratus ordo seruetur. Et dixerunt episcopi: Placet.

Silvester episcopus dixit: Nulli omnino clero licere, causam quamlibet in publico examinare, nec nullum clericum ante iudicem laicum stare. Et dixerunt episcopi: Placet.

DE PRÆFICIENDIS IN ORDINIBVS
& proficiendis.

Si quis clericatum promereri desiderat, hoc iustum est, ut sit ostiarius annum 1. lector annos 20. exorcista annos 10. acolythus an. 5. subdiaconus an. 5. diaconus annos 5. Et si ad honorem presbyterii accedit, & faciens in eo ordine annos 6. si fuerit omnium votua gratia, non præmio, non inuasione cupiditatis, nulli * prorumpens gradum, sic ab omni * prætil-
ecclesia eligatur consecrandus episcopus, nullo de membris ecclesiæ * intercedente, & omni ecclesia * interce-
dente, conueniente. Et dixerunt episcopi: Placet.

Vt nulli episcopo liceat sine cuncta ecclesia, a nouissimo gradu usque ad primum, ordinare neophy whole. Et dixerunt episcopi: Placet.

Silvester episcopus dixit: A nobis incipientes moderamine lenitatis indicare, commonemus, ut nulli episcopo liceat, quemlibet gradum clerici ordinare aut consecrare, nisi cum omni adunata ecclesia. Si placet? Et dixerunt episcopi: Placet.

N O T Æ.

* *Concilium.*] Cum patres Nicæni Concilii constitutiones sacro- Conclii
sanctæ Synodi ad Siluestrum pontificem Romæ agentem transmis- causa, tem-
fissent, easque pontificalia auctoritate confirmari, per epistolam quam- pus & lo-
dam synodicam, superius in Concilio Nicæno repositam, humiliter cus.
Concil. Tom. 2.

492 SILVESTER CONCILIVM CONSTANTINVS
I.M.P.

Numerus
episcopo-
rum.

petiuissent; iuste postulationi eorum Silvester pontifex non grauate detulit, subitoque indicta Synodo ex Italia, aliisque vicinis prouinciis, ducentos septuaginta quinque episcopos conuocat, atque post confirmatum Nicenum Concilium, nonnulla mores fidelium concernentia decreuit, ex quibus supradicta tantum fragmenta super sunt. Baron. ann. 325.

ANNO
CHRISTI
325.

Error titu-
li.

^b *Prasente Constantino.*] Is qui titulum hunc Concilio praefixit, in eo, quod illud Romæ in præsentia Constantini imperatoris celebratum fuisse aperte profitetur, plurimum a veritate aberrauit. Nam dum singuli episcopi clarissimis congariis ac donatiis ab imperatore remunerati, Nicæa discesserunt, imperatorem isthinc Byzantium profectum, aliquamdiu in oriente permansisse, ex Nicephoro aliisque asserit Baronius n. 196. ann. 325. Hæc verba Canonis primi: *Sub presentia piiissimi ac venerandi principis Constantini Augusti, causam errandi præbuerunt.* Retulit enim illa imprudens ad verbum *anathematizamus;* quæ ad antecedens verbum *congregatum* verissime referenda esse, ex prædictis liquido constat. Tollenda est igitur ea interpunctio, quæ allegata verba a se inuicem disiungit. Baron. n. 199. ann. 325.

Apostolicz
sedis est,
Concilia
confirmata.

Epistola
Silvestri ad
Synodus
mendosa.

Canon de
confirman-
dis Conci-
liis per se-
dem apost.

^c *Nostro ore conformiter confirmamus.*] Nicenum Concilium ab apostolica fide confirmatum & approbatum fuisse, testatur Felix patertius epistola quarta, his verbis: *Domino ad B. Petrum apostolum dicente: Tu es Petrus, & super hanc petram adificabo ecclesiam meam: eam vocem sequentes trecenti decem & octo patres apud Nicæam congregati, confirmationem rerum atque auctoritatem S. Romanæ ecclesiæ de- tulerunt.* Silvestri epistola ad Synodum rescripta idem firmissime attestaretur, si non ob consulatum Constantii IV. & Constantini octauum perperam in ea positum, mendosissima & fere commentitia reputaretur. Imo si neutra epistola extaret, vel vtraque omnino ut spuria reiiceretur, ipsa tamen antiqua iura ecclesiæ, vetustissima obseruatio, traditio & constitutio apostolica, (de qua Socrates lib. 2. cap.

13, hæc: *Canon ecclesiasticus vetat, ne decreta absque sententia episcopi Romanæ ecclesiæ sanciantur;*) satis manifeste indicarent, sacrosancta Nicæa Synodi decreta ab episcopo Romanæ ecclesiæ firmitatem & robur accepisse. Baron. num. 171. & 172.

^d *Sub presentia piiissimi, &c.*] Hæc verba sic continuanda sunt, vt indicent Nicæam Synodum in præsentia Constantini imperatoris congregatam fuisse, cum paulo post Romæ acta simul & constitutiones Nicæn. Concil. per Synodum auctore Silvestro congregatam confirmarentur, cumque ipse imperator adhuc in oriente moraretur, vt supra diximus.

^e *Omnibus episcopis.*] Vide quæ supra diximus in notis Concilii Nicæni, verbo *Quartadecimanorum.*

^f *Robustius duximus consilium.*] Quia titulum huic Canoni praefixum omnino falsum esse constat, (cum ne verbo quidem de Conciliis ter in anno celebrandis, quod præ se ferebat titulus, mentio fiat,) Baronium in annalibus fecuti, hæc cum præcedentibus verbis con-

ANNO CHRISTI 325. junximus; maxime propterea, quod sicut auctoritate Leonis pontificis acta Ephes. Concilii per subscriptionem episcoporum absentium, & iudicata Synodo conuenientium, sunt confirmata; ita hoc loco ducenti septuagintaquinque episcopi, auctoritate Silvestri pontificis congregati, non aliud praestare iussi fuerunt, quam ut fidem Concilii Nicæni dato chirographo approbantes, eamque in suis dioecesis promulgantes, uniformiter credant, atque uno eodemque tempore resurrectionis dominica memoriam obseruent. hoc est, quod subdit, *ut fide Concilii declarata, intemeratus ordo seruetur.*

Generalibus Concilii episcopis etiam absentes subscribere soliti.

ANNO CHRISTI 325. CONCILIVM^a GANGRENSE
CELEBRATVM
c TEMPORE SILVESTRI PAPÆ I.

d (Circa annum Domini 324.) in Paplagonia, seu e regione Pe-
lasgorum, aduersus f Eustathium g Sebastianensem in Armenia
episcopum. Et est prouinciale, sed h approbatum
a Leone IV. dist. 20. c. de libell.

KANONEΣ ΤΩΝ ΕΝ ΓΑΓΡΑ
ΣΥΝΕΛΘΟΝΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ.
οἵπερ μὲν τῷ σὲ Νικαίᾳ συνόδῳ ἔχεται.

CANONES SANCTORVM PATRVM,
QVI GANGRIS CONVENERVNT,
qui cum Nicæna Synodo eduntur.

Κυρίοις πριωτάτοις σὺ Αρμήνᾳ συλλειπουργοῖς, Εὐσέβῳ, Αἰ-
λιανῷ, Εύγενῳ, Ολύμπῳ,
Βιθυνίῳ, Γρηγόρῳ, Φιλη-
τῷ, Πάπᾳ, Εὐλαζῷ, Υ-
πάπῳ, Προσφρότῳ, Βασί-
λεῳ, Βάσιος, οἱ συνελθόντες
εἰς τὴν κατὰ Γαῆραν αἵδη σω-
οδον, σὺ κυρίᾳ χάρεν.

Dominis honorabilibus consacer-
dotibus, in Armenia consti-
tutis, coepiscopi Eusebius, Hy-
patius, Eulalius, Gregorius,
Ælianus, *Bithynicus, Olym-
pius, Basilius, Basilius, Phi-
letus, Heraclius, Pappus, Eu-
genius, Osias Cordubensis,
*Proæresius, Bassus, qui conue-
nerunt in Gangreni Conilio, *Proferiu-
in Domino salutem.

ΕΓΡΕΙΔΗ συνελθόσσα ή ἀγιώ-
τάτη συνόδος τῷ Ἐποκόπῳ σὺ
τῇ κατὰ Γαῆραν ἐκκλησίᾳ, διὰ πνευ-
στικοπατικαὶ χεῖας, ζητουμένων
καὶ τῷ κατ' Εὐσταθίον, θεοπεν πλ-

Q VONIAM conueniens san-
cta Synodus episcoporum
in ecclesia Gangreni, propter
quasdam ecclesiasticas & necel-
farijas causas inquirendas, & ea
qua secundum Eustathium ge-

Qqq iij